# ALTERNATIVE HISTORY

## Mil pesares

ORGANIZA

Agencia Andaluza de Instituciones Culturales
CONSEJERÍA DE CULTURA Y PATRIMONIO HISTÓRICO

### JOSQUIN DESPREZ (c 1450/55-1521)
*Salve Regina, a 5*

*Salve, Regina, Mater misericordiae,*
*vita dulcedo, et spes nostra, salve.*
*Ad te clamamus, exsules filii Hevae,*
*ad te suspiramus, gementes et flentes,*
*in hac lacrimarum valle.*
*Eia, ergo, advocata nostra,*
*illos tuos misericordes oculos ad nos converte;*
*et Iesum, benedictum fructum ventris tui,*
*nobis post hoc exilium ostende.*
*O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.*
*Ora pro nobis sancta Dei Genetrix*
*Ut digni efficiamur promissionibus Christi*
*Amen.*

### CRISTÓBAL DE MORALES (C 1500-1553)
*Kyrie Missa Mille Regretz, a 6*

*Kyrie, eleison*
*Christe, eleison*
*Kyrie, eleison*

### CRISTÓBAL DE MORALES
*Gloria de la Misa Mille Regretz*

*Gloria in excelsis Deo*
*et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*
*Laudamus te,*
*Benedicimus te,*
*Adoramus te,*
*Glorificamus te,*
*Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam,*
*domine Deus, Rex cælestis, Deus Pater omnipotens.*
*Domine fili unigenite, Iesu Christe,*
*Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris,*
*Qui tollis peccata mundi, miserere nobis;*
*Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram;*
*Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.*
*Quoniam Tu solus sanctus,*
*Tu solus Dominus,*
*Tu solus Altissimus, Iesu Christe,*
*Cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen*

### JOSQUIN DESPREZ
*Benedicta es, caelorum regina*

*Benedicta es, caelorum regina,*
*Et mundi totius domina,*
*Et aegris medicina.*

*Tu praeclara maris stella vocaris,*
*Quae solem justitiae paris,*
*A quo illuminaris.*

*Te Deus Pater, ut Dei Mater*
*Fieres et ipse frater,*
*Cujus eras filia,*

*Sanctificavit, sanctam servavit,*
*Et mittens sic salutavit:*
*Ave plena gratia.*

*Per illud ave prolatum*
*Et tuum responsum gratum*
*Est ex te Verbum incarnatum,*
*Quo salvantur omnia.*

*Nunc Mater exora natum,*
*Ut nostrum tollat reatum,*
*Et regnum det nobis paratum*
*In caelesti patria.*
*Amen.*

### JOSQUIN DESPREZ
*Inviolata, integra et casta es Maria*

*Inviolata, integra et casta es Maria:*
*Quae es effecta fulgida caeli porta.*
*O Mater alma Christi carissima:*
*Suscipe pia laudum praeconia.*
*Te nunc flagitant devota corda et ora:*
*Nostra ut pura pectora sint et corpora.*
*Tua per precata dulcisona:*
*Nobis concedas veniam per saecula.*
*O benigna! O Regina! O Maria!*
*Quae sola inviolata permansisti.*

## JOSQUIN DESPREZ
### *Tu solus qui facis mirabilia*

*Tu solus qui facis mirabilia,*
*Tu solus Creator, qui creasti nos,*
*Tu solus Redemptor, qui redemisti nos*
*sanguine tuo pretiosissimo.*

*Ad te solum confugimus,*
*in te solum confidimus*
*nec alium adoramus,*
*Jesu Christe.*

*Ad te preces effundimus*
*exaudi quod supplicamus,*
*et concede quod petimus,*
*Rex benigne.*

*D'ung aultre amer,*
*Nobis esset fallacia:*
*D'ung aultre amer,*
*Magna esset stultitia et peccatum.*

*Audi nostra suspiria,*
*Replenos tua gratia,*
*O rex regum,*
*Ut ad tua servitia*
*Sistamus cum laetitia*
*in aeternum.*

## CRISTÓBAL DE MORALES
### *Benedictus Missa Mille Regretz*

*Benedictus qui venit*
*in nomine Domini.*
*Hosanna in excelsis.*

### *Agnus dei Misa Mille Regretz,*

*Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis*
*Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis*
*Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem*

## TOMÁS LUIS DE VICTORIA (1548-1611)
### *O magnum mysterium*

*O magnum mysterium,*
*et admirabile sacramentum,*
*ut animalia viderent Dominum natum,*
*jacentem in praesepio!*
*Beata Virgo, cujus viscera*
*meruerunt portare*
*Dominum Christum.*
*Alleluia.*

### *Ave Maria*

*Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum;*
*benedicta tu in mulieribus,*
*et benedictus fructus ventris tui, Jesus [Christus].*
*Sancta Maria, Mater Dei,*
*ora pro nobis peccatoribus,*
*nunc et in hora mortis nostrae. Amen.*